



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XVII. De comissionibus praelatorum, & negligentia eorum super diuinis  
officiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

178 INNOCENTIVS P. III. CONCILIVM FRIDERICVS II.  
IMP. & aliis bonis exerceant studiis diligenter. Clausa  
deferant desuper indumenta, nimia breuitate vel  
longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridi-  
bus, nec non manicis aut sotularibus consuticiis seu  
rostratis, frenis, sellis, pectoralibus & calcaribus de-  
auratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non v-  
tantur. Cappas manicas ad diuinum officium in-  
tra ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in  
sacerdotio vel personatibus constituti, nisi iusti  
causa timoris exegerit habitum transformari. Fi-  
bulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel  
argenti ornatum habentes, sed nec annulos, nisi  
quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices  
autem in publico & in ecclesia superindumentis li-  
neis omnes vtantur, nisi monachi fuerint, quos o-  
portet deferre habitum monachalem: palliis diffi-  
bulatis non vtantur in publico, sed vel post collum,  
vel ante pectus hincinde connexis.

XVII.

Dolentes referimus, quod non solum quidam  
minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum  
praelati, circa comedationes superfluas & confabu-  
lationes illicitas, vt de aliis taceamus, fere medietat-  
em noctis expendunt, & somno residuum relin-  
quentes, vix ad diurnum concentum auium exci-  
tantur, transcurrente vnde continuata syncopa  
matutinum. Sunt & alii qui Missarum celebrant  
solennia vix quater in anno, & quod deterius est,  
interesse contemnunt: & si quando dum haec cele-  
brantur intersunt, chori silentium fugientes inten-  
dunt \* exterius collocutionibus laicorum: dumque

ANNO CHRISTI 1215  
auditum ad indebitos sermones effundunt , aures intentas non porrigunt ad diuina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus , districte præcipientes in virtute obedientiæ , vt diuinum officium diurnum pariter & nocturnum , quantum eis Deus dederit , studiose celebrent pariter & deuote.

XVIII.

Sententiam sanguinis nullus clericus dicet aut proferat , sed nec sanguinis vindictam exerceat , aut vbi exercetur intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti ecclesiis , vel personis ecclesiasticis aliquod præsumperit inferre dispensum , per censuram ecclesiasticam compescatur : nec quisquam clericus literas scribat aut dicte pro vindicta sanguinis destinandas: vnde in curiis principum hæc sollicitudo non clericis sed laicis committatur.

Nullus quoque clericus rottariis , aut balistariis , aut huiusmodi viris sanguinum præponatur , nec illum chirurgiæ artem subdiaconus , diaconus , vel sacerdos exerceant , quæ ad vſtione vel incisionem inducit. Nec quisquam purgationi aquæ feruens vel frigidæ , seu ferri candardis , ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat : saluis nihilo minus prohibitionibus de monomachis siue duellis antea promulgatis.

XIX.

Relinqui nolumus incorrectum quod quidam clerici sic exponunt ecclesiæ supellecilibus propriis , & etiam alienis , vt potius domus laicæ quam

Concil. Tom. 28.

Z ij